

2923 arca marmorea striata; ab utraque parte inscriptionis genius stat cum face versa, ab utroque latere arcae scuta bina sunt cum securi. Rep. in un sepolero in contrada S. Rocco in un terreno del sig. Annibale Bernardini ritenuto in oggi a colonia da Gaetano Pinci BON. Postea extabat in vinea eiusdem Hannibalis Bernardini sita loco dicto il Generale, teste CICERCHIA; in eadem (iam Pompeii Bernardini, Hannibalis filii) vidi ego anno 1880, sed ruptam, ut ex inscriptione parvum tantum frustulum supersit.

DIIS MANIBVS  
C · GAVIDIO  
FORTI  
CONS // // // // //  
5 Q // // // // // ET  
M // // // // // BVS  
SENATORIIS  
PERFVNCTO  
10 PATRI DVLCISSIMO  
// I / NVS FILIVS  
MON // // // // //

Henzeno misit Bonanni epistula data d. 4 Apr. 1870, unde memorat Matz *bull. dell' Inst.* 1870 p. 98 et refert vv. 2. 3; Cicerchia ms. Dedi fere qualem exhibet Cicerchia. 1 om., 4 C....., 5 O....., 6 fin. SET, 7 N.....VS, 8 SEN...TOR...IS, 9 PERF.....NCIO, 10 ...TRI...PTISSIM, 11 ...IT....S·FILIVS Bon.; 12 MO... Cic. — Veram esse lectionem Cicerchianam nequaquam spondeo. — 7 supple m[uneri]bus. — Frustulum quod extabat anno 1880 hoc est:

IN  
MON

2924 tabula marmorea fracta ANON., pulcherrimis litteris BIANCH. Inter inscriptiones apud Philippum Torzoli Praeneste adservatas ANON. Praeneste visitur penes Philippum de Torciolis, avunculum. . Agapiti Colorsi SVAR. 'Ego relegi Praeneste in aedibus perillustris Innocentii Torzoli, prostratam super pavimento ingressus, proinde fractam' PENNAZZ. In viridiario Fanfoniorum BIANCH. — Fragmenta nonnulla sibi obvenisse adfirmat CECC. — S. I. GRVT. — Romae in monte Caelio GRVT. ed. 2, errore.

re S · PVBLICA · EX · D · D · IN · HONOREm  
mu NIFICENTIAE · Q · INSTEI · T · F · PVP  
q. tr IB · PL · PR · COS · LEG · CONSVLARIS · PRO  
IS · EIVS · AC · FRATRIS · FILIIQVE · ET · VXORI  
5 CVM · TABVLIS · HOSPITALIBVS · TRANSFERRI  
L · ANTE · CVRIAM · VEL · IN · PORTICIBVS · FORI  
CAVERAT · SCHOLAM · HANC · DICAVIT

Ex schedis Ursini per Gutenstenium habuit Gruterus 172, 7 (inde Tomasinus de tesseris ed. 1647 p. 4, qui rursus adhibitus est in Gruteri ed. altera); Anonymus Barberinianus f. 243; Suaresius Praen. p. 52 qui citat Gruterum, sed tamen videtur vidisse; Pennazza ms. bis; Bianchini cod. Ver. 353 f. 60. Ex Suaresio Vulpi 9 p. 164; Ceconi p. 69; Petrini p. 328 n. 12. 1 s habent Suar. Pennazz., om. reliqui. — PVPLICA Pennazz., PVBLICAE Grut., fortasse fraude Gutenstenii. — D·D] B·B Grut. — Fragmentum litterae O in fine dedi ex Anonymo; om. reliqui. — 2 Q] C Anon., om. Suar. — ...STE (pro Q·INSTEI) Bianch. — BVP Bianch. — 3 ...IB Grut. Anon. Penn., ..TR Suar., ..R Bianch. — LEG...LARIS Bianch. — PRO\ Anon., PROV.. reliqui. — 4 ...IS Grut. Anon. Bianch., ...SIS Suar., ..LIS Pennazz. — FILIIQVE Anon. Bianch., FILIIQ· Suar., FILIQ· Grut., FILIISQVE Pennazz. — VXORI Anon., VXOR... Grut. Pennazz. Bianch., VXORIS Suar. — 5 CVM Anon., CVM Pennazz. Bianch., TVM Suar., ..VM Grut. — TRANSFERI Anon., TRANSFER] Bianch., TRANSFERR.. Pennazz., TRANSFERRI Grut. Suar. — 6 L] T Penn., om. Grut. — FOR Grut., FOI Anon., FO] Bianch., FORI Suar. Pennazz. 4 seq. [et patr]is eius ac fratris filiique et uxori[s], quod statuum] cum tabulis hospitalibus transferr[i] impensa sua vel] ante curiam vel in porticibus fori [collocandam] caverat, scholam hanc dicavit. Ita supplevit Mommsen. Q. Insteius hic qua re bene de Praenestinis meruerit, nescimus; fieri potest ut ipse fuerit origine Praenestinus. — L. Instei L. f. Hor. Flacciani, viri praetorii, tituli urbani Corp. VI n. 1429, filia vel propinqua habuit cognomen Praenestinae.

2925 ara ingens inter Labicum [la Colonna] et Montem Portium in porticu palatii a cardinale Pallotta extracti LESL. (ap. Lup.). — Collocavi hoc loco quod aut ipsa est n. 2925a antea descripta Praeneste aut certe gemella eius; cardinalis ille ad exornandam villam suam etiam ex agro Praenestino non ita multum distante inscriptiones sibi comparare potuit.

C · IVLIO · P · F · HOR · · · · ·  
CORNUTO · TERTVLIO  
COS · PROCONSVLI · PROVINCIae asiae  
PROCONSVLI · PROVINCIAE · NARBOensis  
5 LEGATO · PRO PRAETORE · DIVI · TRAIANI parthici  
PROVINCIAE · PONTI · ET · BITHyniae  
EIVSDEM · LEGATO · PROPraetore  
PROVINCIAE · AQVITANIAe · CeNSVum  
ACCIPIENDORVM · CVraTORi uiae  
10 AEMILIAE · PRAEFECTO · AERARI · SATuRni  
LEGATO · PROPRAETORE · PROVINCIae  
CRETAE · ET · CYRENARVM · · · · AdIEcto  
INTER · PRAETORIOS · A · DIVIS · VESpasio  
ET · TITO · CENSORIBVS · AEDILI · CEriali  
15 QVAESTORI · VRBANO  
EX · TESTAMENTO  
C · IVLIVS · PL · ANICIVS · VARVS · CORNVTVS...

Servavit Lesley, qui vidit, apud Lupium Vat. 9443 f. 6' (inde Marini Arv. p. 729; ex hoc Orelli n. 3659) et apud Vulpium Lat. 8 p. 215. Supplevit Borghesi *iscriz. di Burbuleio* p. 16 = opp. 4 p. 117. Repetivit Mommsen *Hermae* vol. 3 p. 114. 2 TERT..VL.. Vulp., TERT..VI.. Lupi. — 8 AQVITANIAE Vulpi. — 17 pro PL·ANICIVS scribendum esse PLANCIVS coniecit amicus quidam Bormanni, propterea quod apud Tacitum hist. 2, 63 sub a. 69 memoratur Plancius Varus praetura functus, a quo hic Varus

potest esse genitus, adoptatus deinde a Iulio Cornuto; P·F·ANICIVS correxerat et in fine FRATRI suppleverat Borghesius. Est collega Plinii in consulatu mense Septembri anni p. C. 100 (cf. Mommsen *Hermae* vol. 3 p. 94) et successor eius ut videtur (Mommsen l. c. p. 97 not.) in administratione provinciae Ponti et Bithyniae.

2925a inscript(io) Praen(estina) SVAR. f. 258' (in f. 260' locus non adscribitur).

C · IVLIO  
HOR  
CORNVTO  
TER  
5 PROVINCIAE  
PONTI AQVITANIAE  
RECIPIENDARVM  
CRETAE CYRENARVM  
REDVCIS  
10 VESPASIANO ET TITO  
EX TESTAMENTO  
C · IVLIVS PLAVT...  
VARVS

Manus ignota (fortasse Iohannis Baptistae Croce, qui laudatur in capite folii) inter schedas Suaresii Praenestinas cod. Vat. 9440 f. 260', ubi adscriptus est d. 5 Febr. 1624; repetivit Suaresius l. c. f. 258'.

Aut ipsa est n. 2925 male et imperfecte descripta et versibus divulsis, aut certe plane gemella posita eidem C. Iulio Hor. Cornuto Tertullo a C. Iulio Varo, itemque ex testamento.